ANDREAS Vel AVRIVS MARIPETRVS VEL MASTROPETRVS.

DVX XXXX.

Electus die 19. Apr. Ann. 1178. abiit Ann. 1189. obiit Ann. 1194.

PRÆCONIVM EI SCRIPTVM.

Deſero Ducatum, Monachus vivo, moriorque.

AVreo reſtituto ſæculo ab Aurio Maſtropetro in Principem per viros aſsumpto quadraginta, Pax rediit cum Pannonibus, Ferrarienſibus, & Piſanis. Iadera inſigni levitate clara ad Belam Pannoniæ Regem deſciverat. Perfidiæ, ac temeritati cum obviam pergere tam celeriter prohiberetur Reſpublica, publico laborante ærrario; Civium locupletiores in publicam cau-

ſam